

XIII.

(1057 á 1060.)

Lápida sepulcral de Guillermo Berenguer ¹.

Hic Wielme iaces Paris alter et alter Achilles,
 Non impar specie, non probitate minor:
 Et tua nobilitas, probitas tua gloria forma
 Invidiosa tuos sustulit ante dies:
 Ergo decus tumulo pia solvere vota sepulto,
 O iuvenes, quorum gloria lausque fui.

XIV.

(1065.)

Lápida sepulcral de don Ordoño, obispo de Astorga ².

Tolle precor lacrimas, cessent suspiria, lector;
 Non iacet in tumulo res lacrimanda diu.
 Hic raptus recubat felici sorte sacerdos,
 Quem laetum caelis intulit alma fides.
 Ordonius cui nomen erat, sed Episcopus, alta
 Doctrina pollens, virginitate nitens:
 Corde pius, vultu placidus, et mente benignus,
 Prudenter simplex, simplicitate sapiens.
 Omnibus in studiis tantum celebratus, ut illi
 Cederet eloquio Roma diserta suo.
 Non aliquem verbo, non facto laesit iniquo:
 Cum bonitate pius, cum pietate bonus,
 Non qui multiplices auri congegit acervos,
 Sed dando miseris? largus ubique fuit.
 Ut breviter dicam, tenuit sic corpore mundum
 Ut corde, atque animo cernerer ille Deum.

¹ Hijo de don Berenguer Ramon, el Curvo: existe esta lápida en el santuario de San Miguel del Fay ó Desfall, junto á Caldas de Mombuy (Bofarrull, *Cond. de Barc. vind.*, tomo I, pág. 246; Villanueva, *Viaje literario*, tomo XIX, pág. 14).

² Este prelado es el que acompañó á *Alvito*, para traer de Sevilla el cuerpo de San Isidoro (Véase el *Cronicon Silense*, núm. XCV y siguientes; *España Sagrada*, tomo XVI, pág. 182).

XV.

(1072.)

Inscripcion sepulcral de don Sancho, el Fuerte ¹.

Sanctius, forma Paris et ferox Hector in armis,
 Clauditur hac tumba iam factus pulvis et umbra.
 Foemina mente dura, soror, hunc vita expoliavit.
 Iure quidem dempto, non fleuit fratre perempto.

XVI.

(1082.)

Versus ad Pueros ².

Fistula, pange melos puero meditante camena:
 —Regia Pipino, fistula, pange melos.
 Optime carpe, puer, salicis de frondibus uvas;
 —Celica dona libens, optime carpe, puer.
⁵ Psittacus infit ave merulis pia carmina mea:
 —Quaeque Sophia docet optime disce, puer.
 India mittit ebur per mare, turas ab ea:
 —Celica dona libens, optime carpe, puer.
 Anxia dum eremula resonat Philomela sub umbra,
¹⁰ —Quaeque Sophia docet optime disce, puer.
 Balsama Iordanis rivuli, resfluente papiro.
 —Celica dona libens, optime carpe, puer.
 Pervigil oro legas cecinit, quod musa Maronis,
 —Quaeque Sophia docet, optime disce, puer.
¹⁵ Cerne libens sonipedes, volucresque canesque ferasque.
 —Celica dona libens, optime carpe, puer.
 Neglige ne iuvenis relegas pia facta Catonis.
 —Quaeque Sophia docet, optime disce, puer.
 Attica fert achates, et arabs nittet inclitus auro.
²⁰ —Celica dona libens, optime carpe, puer.
 Organa centigenis resonant, dum letas miscentur,
 —Quaeque Sophia docet, optime disce, puer.

¹ Existe en el monasterio de Oña (Florez, *España Sagrada*, tomo XXVII, pág. 133).

² Real Academia de la Historia, códice 44 de San Millan de la Cogulla.

Aurea Roma tonat, vario constructa metallo:

—Celica dona libens, optime carpe, puer.

25 Omnia disce canens cecinit, quod carmine psalmum:

—Quaeque Sophia docet, optime disce, puer.

Francia curvat equos procerum, stipata triumpho:

—Celica dona libens, optime carpe, puer.

Omnia vincit Amor; tibi sit sapientiae ardor dulcis;

Amorque Xristi [semper] personet ore tuo.

Era ICXX.

XVII.

(1085 á 1090.)

Epitáfio de Santo Domingo de Silos ¹.

Hac tumba tegitur diva qui luce beatur

Dictus Dominicus, nomine conspicuus.

Orbi quem speculum Christus concessit honestum,
Exortando bonos, corripiendo malos.

Solsticium mundo dum dat brumalis origo,
Subtrahitur mundo, iungitur et Domino:

Protegat hic plebes sibi fida mente fideles,
Nunquam tuendo suos, post trahat ad Superos.

XVIII.

(1085 á 1100).

Himnos In natale Sancti Dominici (de Silos) et in Nocturno ².

1.

Dominici Christi militis

Micat corona nobilis,

Quem supera Ierusalem

Christo pretendit nobilem.

Dominice, consors felicitium,

Accepta preces supplicum:

Hoc tuum gregem visita,

Cuncta pellens fantasmata.

Membra tua felicia

Haec retinet Basilica:

Te venerantes subleva,

Impetrando celestia.

Hoc da, pater ingenite,

¹ El autor de este epitáfio es Grimaldo, quien lo puso al final del libro I de la *Vida de Santo Domingo Manso* (Ed. de Vergara, pág. 372; Florez, *España Sagrada*, tomo XXVII, pág. 229).

² Cód. del mismo monasterio: Vergara, *Vida de Santo Domingo Manso*, págs. 457 y 458.

Hoc presta, fili genite,

Hoc tribue, paraclite,

Regnans perenni culmine.

2.

Fili, ex patre genite,

Cum coequali neupmate,

Nostris adesto precibus,

Quas in hoc festo fundimus.

Tuorum pia carmina

Celesti dita gloria,

Exorante Dominico

Nostro patrono optimo.

Cuius nos salva meritis,

Iras ac frange demonis;

Nullus nostrorum pereat

Sed semper sospes valeat.

Sit tibi alma Trinitas

Vere regnans et Unitas

Honor laus perpes usia

Per secula finis nescia.

XIX.

(1086 á 1100.)

Epitáfios de la Reina doña Constanza, mujer de Alfonso VI ¹.

1.

Si generis formaeque decus, si gloria mundi

Non bene fida, darent, ne moraretur homo,

Regum sanguis ego Constantia, Regis et uxor

His ornata satis, credito viva forem.

At neque dant aliis, mihi nec potuere dedisse,

Quin genus humanum sorte pari sequerer.

Ergo precor quicumque vides epitaphia nostra,

In me ne quaeras nobilitatis opes,

Sed prece dulciloqua pius exorare memento,

Quo mihi culpam det veniam Dominus.

2.

Si pretium pro morte dari novus ordo petisset,

Et Deus Omnipotens, qui cuncta iuvet, voluisset,

Non Regum soboles Constantia morte perissem,

Omnia nam mundi pro me pretiosa dedissem ².

Nunc ergo quia non potuit sors haec generalis

Non venisse mihi, supplex peto quo specialis

¹ Compuestos por Alfon Gramático, de quien hicimos mencion en el cap. XIV (Bibliot. Tolet., caj. IV, núms. XIV y XXII; Florez, *Reinas Católicas*, tomo I, págs. 506 y 507; don Nicolás Antonio, *Bibliot. Vetus*, lib. VII, cap. VII).

² No tenemos por inoportuno el advertir aquí que estos cuatro versos son

Cordis in altare mea commemoratio *digne*
 Fiat, ut inferni penitus non langar ab *igne*,
 Ac procul effugiam, ne dirae tortio *poenae*
 Stringere me possit, sed visio pacis *amoenae*:
 In me splendescens concedat gaudia *Coeli*,
 Atque frui vita secum per saecula *saecli*.

3.

Francia me genuit, Aldefonsus Rex sibi *duxit*,
 Gloria magna mihi multaue pompa *fuit*.
 Forte rogas nomen: Constantia noveris *esse*,
 Quod docet hic *tumulus*, et notat hic *titulus*.
 Felix valde forem, nisi me cita mors rapuisset:
 Nam Regina *fui*, vivere dum *potui*.
 Sex liberos genui, mox quatuor hic sepelivi:
 Ipsa sequor statim, claustraque iam *tumuli*
 Contineo. Sed vivo Deo; cui supplice *voto*
 Ut supplices *rogito*, id que rogans *repeto*.

4.

Dormit in augusto post gaudia vana *sepulcro*
 Uxor Adefonsi, Constantia nomine *Regis*,
 Regalis proles Francorum *germine* florens,
 Consiliis pollens, fuit huic sapientia *sollers*,
 Constans, facunda *viguit* bene *religiosa*
 Omnibus et grataba *fuit*, et *veneranda*.
 Sex liberos *genuit*, generatos hic *sepelivit*.
 Quatuor hos *nempe*, quos *conspicis* ipse *iacere*.
 haec *gravidos*, moriendo, *clausit ocellos*,
 Ac *sepel*..... *silencia* *parca*

visible imitacion del epitáfio de Recibergera, esposa de Chindaswinto, el cual empieza de este modo:

Si dare pro morte gemmas licuisset et aurum
 Nulla mala poterant regum disolvere vitam, etc.

El pensamiento sigue en ambos epigramas de análogo modo, manifestando cuán grande es, según llevamos tantas veces notado, la fuerza de la tradicion literaria que los doctos suponen del todo interrumpida. Lo que en letras sucede también en artes, conforme advertimos antes de ahora (página 49, nota 2, de este volumen).

XX.

SIGLO XII (1101).

Lápida sepulcral de la Infanta doña Urraca ¹.

Nobilis Urraca iacet hoc tumulo *tumulata*;
 Hesperiaeque *decus* heu! tenet hic *loculus*.
 Haec fuit *optandi* proles Regis *Ferdinandi*,
 Ast Regina *fuit* Sancia, quae *genuit*.

XXI.

(1118 á 1155.)

Cantar del Campeador ².

Eia! gestorum possumus *referre*
 Paris et Pirr(b)i, nec non et *AEnae*,
 Multi poetae (poetae) plurimum (in?) *laude*
 Quae conscripsere.
 5 Sed paganorum quid iuvabunt *acta*,
 Dum iam vil(l)escant *vetustate multa*?
 Modo canamus Roderici *nova*
 Principis *bella*.
 Tanti victoris nam si *retexere*
 10 Coeperim cun(c)ta, non haec libri *mille*
 Capere possent, (H)omero *canente*,
 Sum(m)o *labore*.
 Verum et ego, parum (parvus?) de *doctrina*,
 Quamquam aurissem (haussisem?) e pluribus *pauca*,
 15 Rihtmice (rhytmice) tamen dabo *mentis vela*,
 Pavidus *nauta*.
 Eia!.. laetando, populi *catervae*,
 Campi doctoris hoc *carmen audite*:
 Magis qui eius freti estis *ope*,
 20 Cuncti *venite!*
 Nobiliori de genere *ortus*,
 Quod in Castilla non est illo *maius*:

¹ Existe en San Isidro de Leon (*España Sagrada*, tomo XXXV, página 358).

² Du Meril, *Poesies Populaires latines du Moyen Age*, pág. 308 y sigs.

- Hispalis novit et Iberum (Iberi?) litus
 Quis Rodericus.
- 25 Hoc fuit primum singulare bellum,
 Cum adolescens devicit Navarrum:
 Hinc Campi-Doctor dictus est maiorum
 Ore virorum.
 Iam portendebat quid esset facturus,
- 30 Comitum lites nam superatu[rus],
 Regias opes pede calcaturus,
 Ense capturus.
 Quem sic dilexit Sancius, rex terrae,
 Iuvenem cernens adlata subire,
- 35 Quod principatum velit illi primae
 Cohortis dare.
 Illo nolente, Sancius honorem
 Dare volebat ei meliorem,
 Nisi tan cito subiret rex mortem,
- 40 Nulli parcentem.
 Post cuius necem dolose peractam,
 Rex Eldefonsus obtinuit terram;
 Cui, quod frater voverat, per totam
 Dedit Castellam.
- 45 Certi nec minus coepit hunc amare,
 Caeteris plusquam volens exaltare,
 Donec coeperunt ei invidere
 Compares aulae.
 Dicentes regi: Domine, quid facis?
- 50 Contra te ipsum malum operaris:
 Cum Rodericum sublimari sinis,
 Displicet nobis.
 Sit tibi notum; te nunquam amabit,
 Quod tui fratris curialis fuit;
- 55 Semper contra te mala cogitabit,
 Et praeparabit.
 Quibus auditis susurronum dictis,
 Rex Eldefonsus, tactus zelo cordis,
 Perdere timens solium honoris,
- 60 Causa timoris;
 Omnem amorem in iram convertit;
 Occasiones contra eum quaerit,
 Obiiciendo per pauca quae novit,
 Plura quae nescit.
- 65 Iubet e terra virum exulare:
 Hinc coepit ipse Mauros debellare,

- Hispaniarum patrias vastare,
 Urbes delere.
 Fama pervenit in curiam Regis
- 70 Quod Campi-Doctor, agaricae gentis
 Optima sumens, adhuc parat eis
 Laqueum mortis.
 Nimis iratus, iungit equitatus:
 Illi parat mortem, nisi sit cautus,
- 75 Praeciando quod si foret captus,
 Sit iugulatus.
 Ad quem, Garsiam, comitem superbum,
 Rex praenotatus misit debellandum:
 Tunc Campi-Doctor duplicat triumphum,
- 80 Retinens campum.
 Haec namque pugna fuerat secunda,
 In qua cum multis captus est Garsia;
 Capream vocant locum ubi castra
 Simul sunt capta.
- 85 Unde per cunctas [H]ispaniae partes,
 Celebre nomen eius inter omnes
 Reges habetur, pariter timentes,
 Munus solventes.
 Tertium quoque praelium com[m]isit
- 90 Quod Deus illi vicere permisit,
 Alios fugans, aliosque coepit,
 Castra subvertit.
 Marchio namque comes Barchinonae,
 Cui tributa dant Madianitae,
- 95 Simul cum eo Alfagib, Ilerdae
 Iunctus cum hoste,
 Caesarangustae obsidebant castrum,
 Quod adhuc Mauri vocant Almenarum;
 Quos rogat victor sibi dari locum,
- 100 Mit[t]ere victum.
 Cumque precanti cedere nequirent,
 Nec transeundi facultatem darent,
 Subito mandat ut sui se arment,
 Cito, ne tardent.
- 105 Primus et ipse indutus lorica,
 Nec meliorem homo videt illa;
 Romphea cinctus, auro fabrefacta,
 Manu magistra,
 Accipit hastam mirifice factam,
- 110 Nobilis silvae fraxino dolatam,

- Quam ferro fortem fecerat limatam,
Cuspide rectam.
Clypeum gestat brachio sinistro,
Qui totus erat figuratus auro;
- 115 In quo depictus ferus erat draco
Lucido modo.
Caput munivit galeum (galea) fulgenti,
Quam decoravit laminis argenti
Faber, et opus aptavit electri
- 120 Giro circinni.
Equum ascendit, quem trans mare vexit
Barbarus quidam, nec ne comm[un]tavit
Aureis mille; qui plus vento currit,
Plus cervoi (cervo) sallit.
- 125 Talibus armis ornatus et equo,
Paris vel Hector melioris (meliores) illo
Nunquam fuerunt in troiano bello,
Sunt neque modo.
Tunc deprecatur... (*Desirantur cetera*).

XXII.

(1152.)

Lápida sepulcral de Estevan, abad del monasterio de Santiago de Peñalva (Bierzo) ¹.

Clauditur in Christo sub marmore Sthefanus isto,
Abbas egregius moribus eximius,
Vir domini verus, rectusque tenore severus,
Discretus, sapiens, sobrius, ac patiens.
Grandis honestatis, magnaque vir pietatis,
Dum sibi posse fuit, vivere dum licuit.
Quem nobis clarum genuit gens francigenarum,
Rectorem iuvenum, dogma, decusque senum,
Gervassii festo cessit fragilique senectae.
Virtus celsa Dei propitiatur ei.
Annum centessimum duo, septies addito denum.
Mille quibus socias, quae fuit Era scias.
XIII Klds iulii obiit Stephanus, Era MCLXX:
Pelagius Fernandez iussit fieri, Petrusque notavit.

¹ España Sagrada, tomo XV, pág. 41.

XXIII.

(1159.)

Versos laudatorios en honra de Ramon Berenguer IV ¹.

- Fulgent nova per orben gaudia
Nova mundum replet letitia,
Unde Christo Regi sit gloria.
Novus solis emicat radius,
5 Nitens omni sidere clarius,
Cui non est similis alius.
Cedunt ecce falanges hostium
Nullus pavet hostilem [gladium],
Tempnit quisque sibi contrarium.
- 10 Tracta cadunt septies (septa) gentilium,
Solidantur signa fidelium
Per te, Comes Barchinonensium.
Idem princeps Aragonensium
Dux Tortossae, Rex Illerdensium
- 15 Penetrasti regale solium.
Psallat Deo celi milicia
Quod nequid humana facundia
Solvat Christo celestis curia.
O quam mira Dei... (*Desirantur cetera*).

XXIV.

(1153.)

Lápida sepulcral del historiador y obispo don Pelayo ².

Hoc sepulchrum est Pelagii ovetensis Episcopi:
Hunc quicumque vides tumulum, qui florere vides
Celestis fiducie prospice mira Dei.
Es quod qui ipse fuit, quod sum cito, credo futurus;
Nam sicut vita brevis, labitur aqua levis:
Unde Dominum tota queso mente precare
Ut mihi det requiem, quam valet ipse dare:
Dic de profundis pro me simul et miserere.

¹ Villanueva, tomo XV, pág. 173.

² Parece haber sido escrito por él mismo, y existe en uno de los muros del claustro de la catedral de Oviedo, donde lo hemos examinado (*España Sagrada*, tomo XXXVIII, pág. 109).

XXV.

(1150 á 1154.)

Lápida sepulcral de Gimeno, obispo de Astorga ¹.

Presul Xemenus
 Probitatis luce serenus;
 Qui iacet hoc tumulo
 Gratus erat populo;
 Constans, discretus,
 Largus, pius, atque facetus.
 Clarus progenie,
 Presidium patriae.
 Luceat in celis
 Precibus sct. Michaelis,
 Cuius luce ruit
 Arvaque deseruit ².

XXVI.

(1156.)

Lápida sepulcral del converso Zabalab ³.

†XPicole : cultum : spectans : memoransque : sepultum :
 Dum : memorando : capis : quem : tegat : iste : lapis :
 Occurrunt : pulcri : tibi : scripta : legenda : sepulcri :
 Nam : patet : ex : titulo : quis : tegitur : tumulo :
 Moribus : et : vita : brevis : fuit : israelita :
 Presbiter : egregius : vir : bonus : atque : pius :

¹ Conservada en la iglesia de Santa Marta de la misma ciudad hasta el siglo último (*España Sagrada*, tomo XVI, pág. 204).

² Ponemos este epitáfio tal como se halla escrito en el original, cuyo facsímile publicó Florez, apareciendo los versos partidos por sus hemistiquios, lo cual, lejos de ser indiferente para los estudios que vamos realizando, allana grandemente el camino para comprender cómo se dividen ó pueden ser divididos por los populares, al imitarlos y ser escritos por los semidoctos. Adelante recordaremos esta circunstancia, que no es única en nuestra historia literaria.

³ Existe en la iglesia parroquial de San Miguel, en Toledo (*Toledo Pintoresca*, página 168).

Clarus : stirpe : satis : notusque : nota : bonitatis :
 Hic : Zabalab : dictus , cum : morte : ensis : fuit : ictus :
 Pulvis : et : ossa : iacent : tumulo : quem cernis : humata :
 Spiritus : ad : celos : migravit : sorte : beata :
 Sex : tantum : demptis : anno : de : mil : et : ducentis :
 Inspice : quod : restant : erant : quod : manifestant .

XXVII.

(1160 á 1191.)

Himno en la fiesta del Beato Raimundo de Rueda ¹.

Confessor Domini, gemma luciflua,
 Raimundus renitet arce politica:
 Cantemus socii dulcia cantica:
 Letentur simul omnia.

Coelesti solio civibus etheris
 Stat coram Domino in vice sideris:
 Quod sparsit recepit semen in ethere,
 Concesso sibi foenore.

Sic vivens viruit, non sibi subditus:
 Mundanus hic fuit labilis habitus:
 Dispexit penitus ista superflua,
 Nec dantur lucra debita.

Ad cuius tumulum morbida corpora
 Curantur subito, visio reddita,
 Caecos clarificat, nexaque lingua
 Sermonem stupet editum.

Auditum reparat, membraque languida
 Confractos elevat, carceris ostia
 Frangit, et aperit ferrea vincula,
 Captivos reddit ad sua.

Haec ergo modulis festa sacerrima
 Per mundum celebret plebs pia sedula:
 Nos huius praecibus coelica gaudia
 Poscimus simul ingredi.

O simplex Deitas annue poscimus,
 Da nobis veniam, nam male viximus,
 Purgatos viciis transfer ab ethera,
 Vivamus tibi per (in?) saecula.

¹ Del breviario Ms. de la iglesia Rotense, copilado en 1191 (Villanueva, tomo XV, pág. 321).